

**N**oluerunt hi nostri Nobiles Discipuli in alio, nisi  
Politico quodam argumento, vires suas, simulq;  
animum memorem atq; i gratum ostendere,  
ideòq; priùs, quod ipsis voveo, quām ipsas Re-  
rumpubl. formas arbitrentur, earumq; arcana ingrediantur  
& adyta, præliminarium harumce & quasi leviorum arbi-  
trium ipsis feci, quæ instar erunt promulgatis justi olim dan-  
di seu prandij seu cœnæ Politicæ: Tractabunt autem tres  
illas Qq.

I. An Eruditio in Magistratu sit attendenda?

II. An Formæ dignitas in eodem respicienda?

III. An ab imperij Majestate fœminæ planè sint arcendæ?

de quibus hinc inde in Erotematis, Systematis, Commenta-  
riis & Tractatibus Politicorum multa occurserunt, nisi quod  
insignioris sit artis, ea, quæ passim inveniuntur, bene profer-  
re, quām passim occurrentia & legere & agnoscere & scire:  
Hoc enim omnium, illud sanè perquam videtur esse panco-  
rum.

### De Primâ.

IN hac non meis verbis loquar, sed amici olim hei! conju-  
tissimi & dilectissimi MICHAELIS SCHNEIDERI Betterfelden-  
sis Saxonis, quem mihi convictus Gerhardinus in inclutâ Sa-  
ianâ conciliaverat, qui hunc in me adfectum post suas in-  
Galliis, Britanniis & Belgio peregrinationes, in quibus peri-  
tiām linguarum novenario Musarum numero complevit,  
constantem conservavit. Et sic in antico optumo ejusq; fa-  
mâ postumâ & ipse officium implevere, & alij judicabunt Vi-  
rum fuisse dignum omnino diuturniori ævo. Is autem scri-  
psit sub primordio Professionis Moralium in Electorali Wit-  
tenbergâ Diatriben Politicam de Morbis nonnullis, qui publi-  
cas sepe res infestare, Galliæq; cum primis regnum miserè vexare  
solent, eamq; Serenisso. ac Celsissimo Principi Saxoniæ, Ele-  
ctori